

**Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

D[omi]nica xiii. post trinitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](#)

ingiendā. sicut enim sunt aliqua partim voluntaria et partim involuntaria. ut dicitur in tertio Eib. de eo qui proicit merces in mari. vult et non vult diversis respectibus. quod non vult absolute. vult tandem in tali casu positus est.



Indomini ca decimatoria est euangelium. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. **T**unc Luce. r. Circa quod possunt discutari sequentes questiones. **P**rima. utrum sit verum quod dictum est apostolis. s. Beati oculi qui vident que vos videtis. **S**econdum. utrum in statu vie deus possit immediate a nobis amari. **T**ertio. utrum modus de diligendo deum toto corde et ceterum. qui multiplicatur in precepto predicto possit in via servari.

Dicitur. **P**rima questione sic procedit. Et videtur quod non sit verum quod beati oculi qui vident que vos videntis. **P**rimo sic. Job. xxx. scribitur. Beati qui non viderunt et crediderunt. **S**econdo sic. Aut

loquitur deviatione interiori per fidem. Et hoc non quod multi prophetae et reges viderunt hoc modo visionis Christi. **A**ni Job. viii. Abraham vidit diem meum et Iacobus est. Non autem de exteriori. quod exteriori visione etiam viderunt iudei sacerdotes et pharisei. **A**ni Job. xv. de iudeis. Nunc autem viderunt et oderunt me et patrem meum. sed oculi eorum non fuerunt beati. ergo nec oculi apostolorum. **T**ertio. beatitudo dicitur status omnium bonorum congregatione perfectus. sed apostoli videntes Christum hic in terra non presequebatur beatitudinem quod ut dicitur Exodi. xxviii. Nemo videbit deum vivus. ergo non erat dicendi oculi eorum beati. **I**n oppositum est euangelium presens. **R**epondeo dicendum quod beatitudo est duplex. Una rei que consistit principaliiter in aspectu et fruitione divinitatis. et ex sequenti in visione humanitatis Christi. et sic habetur in patria. Alia est beatitudo in spe. que in presenti vita consistit. et sic habetur in via in viris excellentibus virtute. et de ista loquitur hic. **S**econdo notandum quod in quo duo oculi dicuntur in homine. scilicet interiores et exteriores ita duplex dicitur visio. scilicet visio interior que fit per interna spirationem. de qua dicitur ad Ephesios. s. Deus dedit vobis spiritum sapientie et revelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis vestri. De ista visione etiam dicitur Job. viii. Abraham vidit diem meum et

s. iij

Dominiaca. Etij. post trinitatem.

gausus est. et horum quidem oculi beati beatitudine spei. de quibus dicitur Joh. xxii. Beati qui non videbunt. scilicet corporaliter. et crediderunt. scilicet per fidem. et dilectionem operante Christum incarnandum et passum pro humano generis salute. Alia est visio pure corporalis quod coeptis fuit apostolis et iudeis. et de ista non loquitur. Aliqui autem sunt qui utraque visione viderunt Christum. scilicet interiori visione fidei. et exteriori videntes eum inter homines conuersantem. et miracula soli deo propria operantem. Et de talivisione dicitur Iohannes. i. Vidi misericordiam eius quasi virginem a patre. Utrumque enim modum videndi habuit Iohannes et alii apostoli. quod cum eo fuerunt corporaliter conuersati. et sic viderunt sensibiliter opera virtutum totius creature excedentia. sicut suscitatio mortuorum. illuminatio ceci. et similia ex quibus visu mentis percepserunt ei? divinitatem in carne latente. Et hoc modo oculi videntes Christum beati sunt qui scilicet ut dicit magister Albertus. sic Christum exterius aspergerunt quod interiori divinitate per fidem in eo ex exterioribus miraculis intellexerunt. Vel sic ecouerso. qui scilicet interiora divinitatis Christi intellecterunt ut eam unitam humanitatem quam videbant crediderunt. et tali modo nunquam est visus nisi a presentibus deitate et humanitate eius cognoscetur. et hoc est quod dicitur. Beati oculi qui vident que

ros videntur. Ad rationes inpositum. Ad primam respondet quod non opponitur. Unde etiam tandem quod duplex dicitur beatitudine etiam in via. Quaedam rei quae consistit in munere divino. huc participatione diuini numeris de quo Christus alicui plus credit. tanto beatior est. et sic quae ad hoc dicitur hic. Beati oculi qui vident et. quia hoc minus gratie habuerunt. Alia est beatitudine spei que consistit in merito. unde secundum hanc statu quis est beatior. Christus potest plus mereri. plus autem meretur qui credit non vidit quod qui vident credit. Ad secundam respondet quod loquuntur de visione utraque. sicut dicitur. Ad tertiam respondet quod loquitur beati beatitudine participem de illa que dicitur spei que debetur in via. Vel dicendum quod tales dicuntur beati et non profete. quia Iesus prophete aliqui videbant Christum per fidem a longe. spiciendo. non tamen viderunt ei presentem inter eos conuersando sicut viderunt apostoli. et id dicuntur beati. quia in eis factus est completus quod antiquis patibus fuerat promissum.



Secundum questionem. si proceditur. et videntur quod de in statu vie non possit immo-
dum a nobis

amari. Primo sic. incognita amari non possunt. ut dicit augustinus. t. de trinitate. Et psa. ix. Ethicorum. sed nos in statu vie non videmus immediate deum. qd; non per essentiam. sed per speculum in enigmate. vt dicitur. Et cor. xiiij. ergo nec ipsuz immediate per essentiam amare possumus. Secundo sic. Lognitio patrie excedit cognitionem vie inceptum homo videt in patria deum per essentiam si ergo in via homo immediate per essentiam amaret deum caritas patrie non excederet caritatem vie. qd; est falsum. Tertio. homo a deo disiungitur per peccatum. sicut illud Isa. lix. Peccata vestra diuiserunt inter vos et deum vestrum. sed peccatum magis est in voluntate qd; in intellectu. ergo minus homo potest in statu vie diligere deum immediate qd; immediate eum videre. In oppositum est euangelius presens. vbi dicitur. Diliges dominum deum tuum. tc. Secundum sic. cognitio vie per hoc qd; est mediabitibus creaturis dicitur enigmatica. et evanescit in patria. Et cor. xiiij. Et caritas nunc excedet. vt ibidem dicit apostolus ergo caritas non diligit deum mediante creatura. sed immediate deo adhaeret. Respondendo dicendum sub ista coclusione. qd; deus in statu vie immediate potest amari et amatur a sanctis. Unde augsburgius in libro confes. Ut ille qui diligit nutus tuos per te.

Nut? autem diuini dicuntur participatio diuine bonitatis in creatione. ergo deus a sanctis amat in statu vie immediate. non secundum qd; eius bonitas in creaturis participatur. Pro qua conclusione notandum iuxta sanctum thomam in tertio Cuiuslibet. distin. xvij. q. iij. articulo. j. Qd; in potentibus ordinatis ita est. qd; rbi terminatur operatio prioris potentie. ibi incipit operatio sequentis. sicut patet qd; sensus terminatur ad imaginationem qui est motus factus a sensu fini actum intellectus et in termino imaginationis incipit. quia fantasma accipit pro obiecto. ut dicitur tertio de anima. et ideo illarum rerum que non habent fantasma cognitionem non potest accipere nisi ex rebus quarum sibi representatur fantasmatum. unde in statu vie in qua accipit a fantasmatibus non potest immediate videre. sed oportet qd; ex visibilibus quorum fantasmatum caput in eius cognitionem devenit. quis autem ipsam dei essentiam non videat immediate. tamen cognitio intellectus ad ipsum deum terminatur. quia ipsum esse ex effectibus comprehendit. unde operatio voluntatis circa ipsum deum immediate esse potest. nullo modo interueniente quod ad voluntatem pertineat. multis tamen mediis precedentibus ex parte intellectus quibus in deum cognoscere

Dominica. liij. post trinitatem.

dum peruenit. Ad rationes in opposituꝝ. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia q̄uis incognita amare non possumus. oportet enim q̄ amor sit cogniti aliquas liter. tamen nō oportet q̄ sit idē ordo cognitionis & dilectionis. nam dilectio est cognitionis terminus. & ideo vbi definit cognitione sc̄z in ipsa re que per alia cognoscitur ibi statim dilectio incipere potest. & ita illud quod cognoscitur in alio potest in seipso amari. Ad secundam respondetur. negando consequentiaz. Et ratio est. qz q̄to bonum plenī cognoscitur. tanto magis est amabile. & precipue illud bonum qd est finis. et in quo non inuenitur aliquid quo offendatur affectus et ideo qz deus plenī cognoscitur in patria q̄ nunc etiaz plenī amabitur. sed ista diversitas ex parte cognitionis erit per id qd est proprium cognitioni. scilicet cognoscere p se. & in alio. & ideo non erit vnius ratiois cognitione et patrie. in affectu autē erit per diversitez non eius per qd ad eam pertineat. sed per diuersitatem cognitionis. & tamē erit eadem ratio amoris. sed differt amor per maius et per minus. Ad tertiam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia per caritatem tollitur auersio a deo que est per peccatum. non autem per solam cognitione. et ideo caritas est que di-

ligendo animaz immediate deo coiungit spūalī vinculoynionis.



D tertia questione. modus ille diligendo deo toto corde qui implicatur in precepto p̄fecto possit invia seruari. sic procedit. (iij. sen. di. xxvii. q. iii. art. iij.) Et videtur q̄ non possit in via obseruari. Primo sic. Nō possumus in hac vita sine peccato manere. j. Jo. j. sed cum quis peccat non diligit deus toto corde. ergo illud preceptum non potest totaliter in via adimpleri. Secundo sic. nō potest simul cor ad multa se habere. sed oportet unum in hac vita sumus. q̄ coribus temporalibꝫ aliquando apponamus. ergo nō potest homo in hac vita toto corde diligere. Tertio sic. non potest de affectibus totaliter diligere. ergo per consequens toto corde nō possumus diligere. cōsequētia videantur antecedens pater. Deus non potest intellectu comprehendēti ut totaliter videatur. ergo non potest comprehendēti affectu ut totaliter diligatur. cōsequētia est bona. q̄ amor sequitur cognitionē. In opposituꝝ est euangelium p̄sens. Dicit enim Hiero. Qui dicit deum aliquid impossibile p̄cepisse homini anathema sit. sed hoc dicens precepit omnibꝫ in statu vie epi-

stentibus. ergo hereticū est dicere q̄ predictum preceptum non possit in via obseruari. **C** Respondeo dicendum iuxta sanctū tho. Cui. sen. vbi. s. q̄ totum et perfectum id est. ut philosophus dicit. Ratio autem perfecti in hoc consistit. ut nihil ei desit. **S**z hoc contingit dupliciter. aut ita q̄ nihil desit eorum que natū est habere. aut ita q̄ nihil desit eorum que dū habere. Sicut aliquis h̄z perfectam q̄titatē q̄tum requiri humana natura. et si non habeat q̄titatē gigantis quā possibile est esse in humana natura. **P**rima ergo perfectio humana nature est in statu glorie. quā do homo habebit totū hoc quod possibile est esse in humana natura. **S**z scđa perfectio est nature cōdite quādo scđ homo habeat totū hoc qđ debet habere sīm tempus illud. Et sīm hoc etiā duplex totalitas in dilectione dei at tēditur. Una qua nihil deerit de his que potest homo expendere in amorem dei quin in dilectione ponat. Et de hac prima totalitate ponitur ista cōclusio. q̄ hec q̄dez perfectio siue totalitas non precipitur facienda. sz magis ostenditur ut sciatur quo peruenientium est. ut dicit aug. sed sic implef in patria. q̄ ibi mēs fertur in deum totaliter et pfecte q̄tum sibi est possibile. et sine aliqua interruptione. Alia autē est totalitas h̄z quā nihil homo subtrahit de his q̄ dū ponere sīm tē-

pius illud in amore dei. et hec totalitas excludit omne qđ est cōtrariū repugnas dilectioni diuinæ. non autē id quod ad tempus actum dilectionis intercipit. q̄ semper agere sīm actuz virtutis nō est nisi eoz qui sunt in statu beatitudinis. que perfectio felicitatis est in operatione. perfectio virtutis est i habitu. et ista adimplēt in via quando nihil diligis cōtra deum. Ista enim perfectio est que debet inesse ex debito necessitatis. utputa q̄ diligas deum toto corde. i. intellectu sine errore. quod non faciunt infideles et sorilegi. Tota anima. i. voluntate sine contradictione. quod non faciunt qui post concupiscentias suas currunt. Ex omnibus viris suis. i. operibus que expletant p̄ vires animi et corporis. qđ non faciunt qui mēbra sua exhibent seruire iniquitatē ad iniqtatēz. Et tota mente. i. ingi memoria. qđ non faciūt cupidi et auari. q̄ vbi est thesaurū tuū ibi et cor tuū. Albertus. sic ex toto corde diligē. ut mot̄ vite ad ip̄m referas. Ex tota anima. ut intelligentiaz et voluntatem et memoriam cū corporalibus organis ad ipsum conuertas. Ex omnibus virib⁹ ut nihil tibi de virib⁹ tuis retineas vel attribuas tibi. Ex omni mente tua. ut omnia ordines caritatis ordine. ut nihil inordinatum relinquas. Si c enim attingit caritas a fine usq; ad finem fortiter et disponit oīa suauiter.